

3655 in oppido S. Benedicti in domo Trinchini.

RO ET FOR^{unne?}

Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 66'.

3656 [= 5481] Piscinae in praedio PHOEB.; prope Piscinam in casula rustica dominorum de Meis in loco dicto *la Casella* MELCH., qui postea adscripsit: *Fino al 1851 esisteva (loco indicato), estinta detta famiglia in due figlie maritate ignobilmente la lapide non più esiste.*

C · GAVIVS · L
F · C · VEREDIVS
C · F · MESALLA
FVCINO · V · S
5 L · M

Phoebonius in hist. p. 62 (unde repetita est diversis modis et negligentia et fraude corrupta apud Corsignanium de viris ill. Mars. p. 301, aliter ibi p. 313, item aliter *Reggia Mars.* 1, 85 cf. 124 et apud Mur. 88, 5 ex Corsignano); Revillas (cuius a schedis abest) in mappa a. 1735 (inde Vulpus Calogera XIX p. 154 et Corsignani 1, 715); Chaupy *maison d'Horace* III p. 235; Melchiori ms. Orelli 1653.

1 C. om. in hiatu Rev. — 1 Chaupy solus, H reliqui. — 2 F om. in hiatu Rev. — VEREDIVS Chaupy Melch., VEREDVS Phoeb. Rev. — 3 G. Phoeb., om. in hiatu Rev. — 5 om. Rev.

3657 litteris adhuc minio tinctis. Pescinae in aedibus Rinaldi.

L A R I B V | s
M A G | stri?
Q · VIBLIVS · CELER · -
T · PETIEDIVS · OPT | u s
sic 5 M I N I S T R I I · C O N
D S | d

Descripsi. Fernique n. 71.

3658 [= 5555] in columna parva COST. *Ceppo alto palmi due e mezzo, largo uno e tre oncie, con una base e capitello, nel di cui mezzo vi è scolpito una testa di bue e sotto il capitello l'iscrizione* MELCH. Pescinae COST. Rep. a. 1816 Pescinae *alla Corna* MELCH.

A · SALVIVS · V · F · CLEDVS
PVRCEFR · D · D · L · M ·

De Costanzo *odep.* f. 234' ex schedis baronis Tomassetii; Melchiori ms. Ex illo repetivi vol. I n. 1541a.

Sic Cost.; 1 · SALVI · . . . | BVVCCF · B · D · L Melch.

3659 [= 5482] in pago Veneris (*castro di Venere*) prope Pescinam.

TI · TALEDIVS
PRIVATVS
ARAM · SILVAN
V · S · L · M

Phoebonius apud Gud. ms. 246, 5, ed. 42, 5 et in hist. p. 50 (inde Mur. 68, 9).

3 SILVANO ed.

3660 [= 5486] S. Benedetto rep. a. 1752 cum statua, quae dicitur illata esse in museum publicum Neapolitanum.

M · LIVIVS · DRUSVS · CLAVDIANVS

Romualdus de Sterlich marchio Carmignanensis in epistula ad Lamium scripta 3 Febr. 1752 (epp. Lam. vol. LVII) et inde Nov. Flor. 1752 p. 171; eodem exemplo Antinorius ms. Henzen 5365.

Supplevi ego; 1 . . . VS CLAVDIA traditur.

3661 [= 5487] ante fores S. Benedicti subscriptum marmoreae imagini mulieris cui deest caput; manibus vestem sustinet ACC. Ad ingressum ecclesiae S. Benedicti in basi cui statua imposita fuit, confracta ante paucissimos annos a thesaurorum scrutatoribus PHOEB. Rep. ad S. Benedicti a. 1751 ANT.

ALFIDIA · M · F · MATER · AVGVSTAE

Servavit integram Accursius Cel. n. 5 (inde Mur. 223, 1 e schedis Ambros.). Eandem ex memoria ut videtur affert Phoebonius apud Gud. ms. 224, 3, ed. 96, 5. Frustum refert Antinorius ms. Henzen 5365.

Dedi ad Accursium; ALFIDIA · MATER · AVGVSTI Phoeb., ALFIDIA rel. om. Ant. — Eiusdem mulieris postea duo tituli emeruerunt, alter Tuccitanus vol. II n. 1667: *Alfid[ae] mat[er] Augustae*, alter Samius *Bulletin de l'école française d'Athènes* 1 (1868—1871) p. 231: *ὁ δῆμος Ἀλφιδίαν τὴν μητέρα θεᾶς Ἰουλίας Σεβαστῆς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίαν γενοῦσαν τῷ κόσμῳ*. Hic confirmat quod in ed. priore conieceram intellegi matrem Liviae, cuius nomen auctores non tradiderunt.

3662 [= 5488] ante fores S. Benedicti subscriptum marmoreae imagini viri togati capite et manibus truncatae ACC.

TI · CLAVDIVS · NERO · PATER
TI · CAESARIS · AVG

Servavit Accursius Cel. n. 5 (inde Mur. 223, 1 e schedis Ambros.). Henzen 5392.

3663 [= 5489] S. Benedetto rep. a. 1752 cum statua, quae dicitur illata in museum Neapolitanum.

ANTONIA · CLAVDI · NERONIS *drusi germanici*
fratris ti. CAESARIS · aug.

Sterlich una cum n. 3660 misit Lamio, qui ed. nov. Flor. 1752 p. 171; eodem exemplo Antinorius ms.

Hiatus nulli indicantur; uno v. dat Sterlich; CAESARIS traditur. — Intellegitur omnino Antonia Drusi; quae cum non dicatur Augusta, ante Gaium titulus positus sit necesse est; id quod confirmant reliqui eodem tempore omnino dedicati. Quam ob rem sic ut supra legitur supplevi; quamquam offendit Neronis nomen gentilicio postpositum.

3664 S. Benedetto in domo Croce di Genova.

DIVOS · AVG · E |
TI · CAESAR · DE · INQVISITIO^{ne}
ORDINI · SCRIPSIT / CVIVS
PRINCIPES · IN QVOS · IMPERI^{um}
5 PER · SVCCSSIONES · TR^{adunt}
PRAEFECTO · SAGITTAR
P. C. 18 GERMANICO · CAESARE II *l. scio tuberone cos*
ASCALONITANAE / III VIR

Recognovi descriptam a Brunnio (inde Henzen *Bull. dell' Inst.* 1855 p. XXVI). Fernique n. 53.

Supra v. videtur vacuus esse. — 3. 8 nota virgulas, ubi sententiae finiunt. — 7 fin. secunda hasta dubia est. Cum in consulatu indicando Germanicus priorem locum teneat, titulus scriptus sit necesse est postquam Tiberius fascies deposuit, ante quam idem fecit Germanicus; unde collegam ei adscripsi Tiberonem.

3665 [= 5490] in ecclesia S. Benedicti in gradibus arae maioris.

IMP · CAES · L · SEPTIMIO · SEVERO
AVG · ARABICO · ADIABENICO
OPTIMO · FORTISSIMO

Phoebonius hist. p. 267; nemo repetivit.